

Sed quoniam admodum iusticia rectificat in proximo. sic prudentia noscit bonum eligendum. malumque vitandum. Et sicut iusticia facit bonum. ita modestia vitat malum. Magnanimitate vero interioris ordo stabilitur virtutum. consequens est ut quatuor magnorum siquidem viciorum totus impetus subuertatur. **N**ec quidem vicia quatuor. demencia et superbia. que magnanimitati et humilitati contraria sunt. **N**bi enim non est humilitas/magnitudo animi recorsus/audacia est. **S**imiliter autem auaricia et intemperancia. **N**ec namque illa quatuor sunt que iob bona diripiunt. quippe sabei stulticie/vastantes boues prudentie. **C**aldei superbie/camelos magnanimitatis tollentes. ignis luxurie oues mundicie comburens. ac ventus impetuose/ac violenteis auaricie irruens domum ubi conuiuantes sunt decem precepta iusticie/funditus subuertens. **N**ec quidem quatuor illa dira cornua sunt que ventilauerunt iuxta vaticinium zacharie iudee et israel. **B**ona illa quatuor que secundum iohannem insatiabile vorauerunt lez eruca verecundie. locusta volantis superbie. bruceus totus ventus insatiabilis auaricie. et rubigo ardentis luxurie. **Q**uadruplex igitur opere procedemus. **P**rimo agentes contra imprudenciam. **S**ecundo aduersus superbiam. **D**einde contra auaricias. **F**inaliter contra intemperancias/ut sic peria domini nostri ihesu christi/viciorum regnum quadruplex in eadem statueta nabuchodonosor visa per somnia feriamus.

Semper discite et in extremis horis sepe semper stude.

De vulpe et coruo.

Capitulum primum

Vulpes decrepita ardens cupiditate plus sciendi querendo magistrum membrum grauioribus. sui corporis itineris addidit graue pondus. **M**ox ergo tendentis senectutis infirmitate quidem graui. sed auditate sciendi pagili. **C**um coruus astucior occurrisset. pacto mutue salutatis officio. satis leta subiunxit. **V**ere volucas dei erat. ut cito michi occurreret quem volebam.